

... et p...
... ex...
... **Q**u...
... qua...
... fenu...
... pmanes...
... ganat...
... **Q**u...
... uris...
... filii...
... ne...
... nobis...
... **Q**u...
... **ne se po**...
... qu...
... no du...
... inoce...
... **Q**u...
... **Q**u...
... **Q**u...

Hic s. Conuenientia
nobis unum in hoc est
domica cena memoranda. In
quibus enim sua cena plerumque
ad manducandum. Et alii quidem
esurit. alius autem eius est.
Nunquid domos non habent ad
manducandum. et bibendum. et
ecclesiarum dei acceptant. et con
suetudinis eos qui non habent.
Quod dicitur nobis. Laudo uos
in hoc non laudo. Ego enim ac
cepi a domino: quod et tradidi uobis.
quoniam dominus ihesus in qua nocte tra
dit. accepit panes et gratias
ages fregit et dixit. **H**oc est cor
pus meum quod pro uobis tradit.
hoc facite in mea commemoratio
ne. Similiter et calicem postquam
cenauerunt dicens. **H**ic calix no
uum testamenti est in meo sanguine

53.

53

EPI THALAMIA

Honori Nuptiarum

VIRTVTE, PRV-
DENTIA, VSVQVE RERV
M PER POLITI, DN.


IOHANNIS APELLII
Franci, Nobilissimi viri VVOLFANGI
ERNESTI à VVOLFRAMSDORF castrum
Crossense incolentis, inspectoris
digni, Sponsi;

ET

HONESTAE AC PVDI-
cæ virginis FLORENTINÆ, amplissi-
mi & prudentis viri Domini IOHANNIS
GANSII Senatoris olim Cizæ, piæ memo-
riæ relictæ filiæ, Sponsæ:

*Cizæ celebratarum VIII. Cal. Feb.
Anno M. D. XCVII.*

Ab amicis.



259

LIPSIÆ,
Imprimebat Michael Lantzenberger.

STADTBIBLIOTHEK
ZU
ORIENTALIS



H



Ad

Cast

Tur

In S

Qu

On

Cum

No

Pest

Fer

A



Dialogismus

HOSPITIS ET SPONSI.

H. **V**irtutis dic Sponse decus quâ lege coactus,
Concessi thalami fœdera sacra subis?

S. **V**t mihi lenimen, mihi sit quoq; dulce leuamen,
Tristitie consors, letitiæq; comes.

H. Adde, quid instigat te, (da veniamq; roganti)
Insuper, ut subito iura marita subis? petas?

S. Castas ut possim nutrire in pectore flammæ,
Multiplicare solum, multiplicare polum.

H. Tunc etiam pateris flammæ? quæ prima caloris
Causa fuit? qui fons? quæ vel origo? refer.

S. In Sponsâ spectata fides, moresq; probati,
Et virtus, & mens obsequiosa DEO.

H. Quis fuit incepti princeps? quis fœderis auctor?
Illud carminibus conciliauit anus?

S. O nimis infelix, si sic mihi nupta veniret,
A Ioue sponsa venit, cum prece sponsa venit.

H. Cum dos à multis spectetur, sponse nouelle,
Quid tua, dic, dotis, sponsa pudica capit?

S. Non arcâ, non fronte gerit sed pectore dotem,
Dos illi pietas; dos in amore fides.

H. Pestis at est mulier multis, & noxia campe:
Fœmina iucundum, fœmina dulce malum.

S. Fœmina dulce bonum, quo non est dulcius ullum,
Nil dulci melius coniuge terra gerit.

H. Asmodes thalamos affligit sæpè piorum,
Ergo opus est armis, tutus ut esse queas.

- s. *Sunt hic arma preces, sunt hic pia vota piorum,
Arcent Asmoden, vota, precesq; procul.*
- H. *O bene captus amor; sic ambo viuite digni,
Et facili vestrum ferte labore iugum.*
- s. *Ergo Christe veni, nostris atq; annue captis,
Sint, mea, fac, sponsa, sint rata vota mea.*
- H. *Pronube Christe veni, Neonymphi capta secunda,
Coniugijq; DEVS, fadera sancta rege.*
- s. *Pronube Christe veni, Lympham conuerte Lyæ.
In dulces latices, pronube Christe veni.*
- H. *Viuite concordēs, sicut cum compare viuit
Turtur, mens vobis vna sit, vnus amor.*
- s. *Fidus amor paribus constringat pectora nodis,
Absit & à vestro limine semper Eris*
- H. *Est turpis sine prole thorus, producite germen
Pulchrum, quod matrem, quod ferat ore patrem.*
- s. *Florentina ferat mea flores auspice Christo,
Atq; diu pomus sit mea pomifera.*
- H. *Ite igitur, quò sacra iubent, superisq; vocatis,
Auspiciū felix sumite coniugij.*
- s. *Diximus, & nostris onerauimus athera votis,
Annuit his, cali qui sedet arce, DEVS.*

Ex ore colloquentium supra
dictorum exceptus

ab

Elia Rößlero Chemnizensi

ALIVD



A L I V D.

HActenus flammæ socio calentes
Corculo, & castum meditaris usum
Coniugis, prisci, patriq; felix

Æmule moris.

En laborantis grauidum cerebrum
Nouit, & dulces cupientis astus;
Termino claudens bona vota dextro

Regia Iuno.

Vix iecur flammæ subeunt nouella:
Vix tuo serpunt animo puella,
Vix genas, mores placidos, tenellos

Cernis ocellos.

Prodit incuruum Venus in theatrum,
Hanc equos Phæbi solitâ sequentem
Orbitâ, Iuno veniens petitis

Talibus ambit.

O Venus, structo è regione castro,
Sæua præfidum Domini ministrum
Philtre nocturnis stimulis fatigant

Atq; diurnis.

A 3

Rum

Rumpe luctantes animi labores,
Et vel extinguens penitus, vel afflans
Pectoris flammam medicando mæstum,
Corrige morbum.

Illa subridens, ait: heu quid optas
Diva, presenti requiesce dicto,
Annuit dignis ope. Nam petitis
Promta voluntas.

Vix sonos clauso premit ore, lustrat
Tecta, cunctatur quoq; multa fari
Diva, Tu fato novus inde prodis
Limine Sponsus.

Cernit egressus Venus, atq; Nymphum
Innuens gnato, digitis futurum
Signat, arrectis celer ille præsto
Auribus astat.

Moxq; consuetas digitis sagittas
Applicat nervo, subitoq; pulsu
Ledit ardentem, magis atq; priscos
Concitat ignes.

Tactus ignitum penetrare ferrum,
Sentiens, muros petis en Zizenses,

Queri-

Queritas Nympham, reperisq; pulchram,
Ducis amatam.

Hinc dies fato sacer, atq; dictus
Nuptijs: hinc & manifesta fulget
Pompa, dignatus dapibus sacratis
Imminet hospes.

Hincq; fatali thalamus Camœnâ
Ille donandus, meritò, & precandum
Coniuges felix subeant ut isti
Nomen & omen.

Dij precor vobis, faueantq; Diuæ,
Atq; presentes maneant iugatis,
Sorsq; sit constans, radietq; compar
Ultima prima.

Vos: Ceres frugum Genetrix, Lyæ
Corniger: Fati Domina, beantes
Nestoris vitâ, has decorate vestro
Munere tadas.


Vos: Venus flagrans; thalamiq; custos
Funò; nunc ignes renouate priscos,
Hosce permultâ faciendo caros
Prole parentes.

Lata mortali mea vota Diuûm

Numi-

*Numini, rerum sator ille trinus
Pro sua clemens bonitate faustus
Mittat adoras.*

**Hieremias Cancellarius
Niuemontanus.**



A L I V D.

SAEpius optabas dulces vxoris amores,
Annuit & votis his Deus ipse tuis,
Annuit & virgo, qua vix est pulchrior vlla,
Labitur in thalamum Sponse beate tuum.
Hæc opto multâ faciat te prole parentem,
Et foecunda solum, compleat atq; polum.
Quod superest, longos age felix Nestoris annos,
Sponse, recens aquilæ tranfige Nupta dies.

Tobias Cancellarius Niuemontanus.

F I N I S.

HC
IVV
Erudi
HO
CIS
Ce
AL
LIPSI

aut emissa voce magna ex
piravit **ps. nr.** Et uidi ce
phi lassu e' in duo. alio me uita
deorsu. Vides aut' e' in quo
exadulo stabat. ga sic clamor
expirasti ait. Ver' hic homo
di filius erat. Erat aut' e' in
heres de lege aliter. Me
qs erat in me. Me' p' d' e'
et maria. In me' p' d' e'
yoseph' man' e' salu' me
Et cu' e' in me' p' d' e'
eu. et misit. Me' p' d' e'
miser q' h'ent e' in me' p' d' e'
ultra. **ex.** **E**rat
seru' e' in me' p' d' e'
erat qd' e' in me' p' d' e'
yoseph' alio' p' d' e'
decurio qd' ipse e' in me' p' d' e'
depu' di. Et au' d' e' in me' p' d' e'
me' adp' s' e' e' in me' p' d' e'